



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

33. Novissimè verò ad &c. Renovatio consimilis Præcepti aliàs injuncti  
Communitati, & Hominibus Cortanzæ; & Declaratio nullitatis cujusdam  
Memorialis sub nomine d. Communitatis præsentati Serenissimo ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)



Generalis d. Serenissimi Domini Ducis Sabaudiae libras bis mille, & quingentas argenti, quae licet per eandem Communitatem soluta fuerint ex causa supradictae annuae recognitionis, & causa libertatis commercii ejus Graeciarum, & in vim enunciati Instrumenti Concordiae, ut supra, stipulati d. die 9. Octobris 1681. nihilominus praedictus D. Aymus Ferrerius Thesaurarius Generalis quietantiam in computum supradicti praetensi Datii del Tasso facere voluit, reluctans licet, & dissentientibus praedicta Communitate, & Homini- bus: verum etiam Deputatis, & Officialibus ejusdem Communitatis Cisternae fuisse per dictum Thesaurarium Generalem, aliosque Ministros d. Serenissimi Ducis Sabaudiae injunctum Praeceptum, quatenus infra quadraginta dies ex tunc proximos supplicem libellum pro obtinenda compositione a d. Serenissimo Duce super solutione annua d. Datii del Tasso exhibere debeant. Et licet Communitas, & Homines, & habitatores dicti loci Cisternae in eorum publico Concilio ad hoc specialiter celebrato sub die 8. Aprilis proxime praeteriti protestati fuerint de nullitate gestorum per dd. Ministros d. Sereniss. D. Ducis Sabaudiae tam circa incarcerationem dd. Michaelis Angeli Barocchi, & Philippi Md, quam circa praetensam solutionem coacte factam, & per dictum Thesaurarium Generalem receptam in computum supradicti praetensi Datii del Tasso; & non in causam d. transactionis, & concordiae, ut supra, initae, cum Communitas praedicta, ejusque Habitatores, & Incolae existant sub alto, & supremo dominio Sanctae Sedis Apostolicae, & propterea a nullo alio Principe molestari possint, minusque taxas, pedagia, & gabellas ab eis exigere, prout ex dd. protestationibus ut supra emissis, & per dictum Illustrissimum Dominum Commissarium Camerae in actis infrascripti Secretarii sub infrascripta die productis, ad quae &c. nihilominus fuimus ex parte ejusdem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gasparis Turchi d. Reverendae Camerae Apostolicae Commissarii Generalis requisiti, quatenus renovationem antedicti Praecepti etiam contra praedictos Communitatem, Homines, & Habitatores Cisternae concedere, ac renovare vel dignemur. Nos itaque attendentes petitionem a d. Illustrissimo D. Commissario Camerae factam ad effectum tuendi jurisdictionem, ac supremum dominium Sanctae Sedis, esse justam, & omni rationi consonam, renovationem praedicti Praecepti faciem, & ut infra, concedendam fore, & esse duximus, prout de praesenti concedimus, renovamus, & omnino servari mandamus per praesentes.

§. 4. Quo circa de mandato Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis Divina providentia Papae XI. viva vocis oraculo nobis desuper facto, & autoritate nostri Camerariatus Officii, inhaerentes, ut supra, narratis literis Apostolicis Sanctitatis Suae super dd. nullitate actorum, & censuris d. die 17. Maii 1707. publicatis, tenore praesentium, & in virtute sanctae obedientiae Vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum, ac cui, seu quibus praesentes nostrae ostensa, seu praesentata fuerint, committimus, & strictè praecipiendo mandamus, quatenus statim visis, seu receptis praesentibus, & postquam praesentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, immo verius Apostolica auctoritate, sub excommunicationis, & Interdicti, ac aliis arbitrio Sanctitatis Suae poenis ipso facto, & ipso jure incurren. debeatis, & quilibet vestrum debeat praedictos Communitatem, Homines, Incolas, & Habitatores d. loci Cisternae, ac ejusdem Communitatis publicos Repraesentantes, Ministros, & Officiales personaliter, si eorum personas commode habere

poteritis, sin minus per affixionem praesentium nostrarum literarum ad valvas majoris Ecclesiae dicti loci, denuò, & prout etiam aliàs factum fuit, monuisse, & praecipuisse, prout nos etiam in virtute Sanctae obedientiae, & de Sanctitatis Suae ordine, & mandato Communitatem praedictam, ejusque Ministros d. loci Cisternae Incolas, & alios in executione praesentium nominan. & cognominan, praecipimus, monemus, & interpellamus, ac praecipitari, moneri, & interpellari mandamus, ne sub d. loci, illiusque membrorum, & pertinentiarum quorumcumque devolutionis, & aliis poenis in corpore juris, & usibus Feudorum, ac Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis audeant, seu praesumant, aut eorum aliquis audeat, seu praesumat praedictum Sereniss. D. Ducem Sabaudiae, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in praedicti loci Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere, minusque contributiones, ac alia onera, & signanter supradictum datum del Tasso ipsis imponenda perolvere, seu perfolvi facere, minusque compositionem aliquam super solutione d. datii del Tasso a d. Serenissimo D. Duce, ejusque Officialibus, & Ministris petere, seu impetrare, aut peti, seu impetrari facere, immò eandem Communitatem, ejusque Ministros, aliosque in executione praesentium nominandos monemus, ac eisdem sub jam dd. poenis modo praedicto praecipimus, & mandamus, ut dictum locum Cisternae, illiusque Incolas habitatores, ac bona omnia inibi existen. immunes, & immunita, liberos, & libera, & in omnibus exemptos, & exempta pro Sancta Sede conservare, & conservari facere, & a gravaminibus forsitan per dictum Serenissimum D. Ducem, illiusque DD. Ministros super de Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet imponen. appellare, & reclamare, & eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contra turbantes dominia Sanctae Sedis inflictas intimare, ac notificare, ac denique de nullitate, ac de omnibus praedictis Sanctae Sedis Apostolicae protestari, & super praemissis omnia, quae necessaria fuerint, gerere & executioni demandare, ut jura Sanctae Sedis illaesa, intacta, & immunita penitus, & omnino remaneant, non solum &c. sed & omni &c. In quorum fidem &c. Datum Romae in Camera Apostolica hac die 23. Maii 1716.

Jo. Baptista Card. Camerarius.

Dominicus Antonius Gallosius &c.

## RENOVATIO

Consimilis Praecepti aliàs injuncti Communitati, & Hominiibus Cortanzae; & Declaratio nullitatis cujusdam Memorialis sub nomine d. Communitatis praesentati Serenissimo D. Duci Sabaudiae.

Joannes Baptista &c.

Omittitur narrativa, quae eadem est, ac relata in proxime enunciato Praecepto.

§. 1. **N**ovissime verò ad notitiam ejusdem Illustrissimi Domini Commissarii Camerae devenisse etiam praedictam Communitatem Cortanzae Asten, Diocesis sub eodem alto Dominio Sanctae Sedis, ut supra existen. ejusque Homines, & Habitatores iterum variis modis gravari, & cogi ad solutionem taxa-

Novum Praeceptum injunctum Communitati, & Hominiibus Cisternae, in supremum Dominium recognoscens, nec illi ullas Taxas perfolvant.

VIII.

Referuntur vexationes ab Officialibus Ducis Sabaudiae illatae Communitati & Hominiibus Cortanzae Asten, Diocesis.

nun-



nuncupat. *del tasso del sale* per dictum Serenissimum Dominum Ducem Sabaudia, ejusque Ministros & Officiales annuatum praesenti, demandando dicta de causa carcerationem Josephi Vayni de dicto loco Cortanzæ sequutam in dicta Civitate Taurinen. sub die ultima mensis Martii proximè præteriti. Et licet Communitas, Homines, & Habitatores dicti loci Cortanzæ in eorum publico Consilio ad hoc specialiter celebrato sub die 6. Aprilis proximè præteriti protestati fuerint de nullitate tam carcerationis dicti Josephi Vayni, nulliter, & in spretum alti, & supremi Domini Sedis Apostolicæ sequuta, quam etiam omnium gestorum per Ministros dicti Serenissimi Domini Principis Sabaudia, ac praesentionis circa dictam solutionem praedicti *del tasso*: cum Communitas praedicta, ejusque Habitatores, & Incolae existant sub alto, & supremo Dominio dictæ Sanctæ Sedis Apostolicæ, & propterea à nullo alio Principe molestari possint, prout ex dictis protestationibus, ut supra, emissis, & per dictum Illustrissimum Dominum Commissarium Cameræ in actis infra scripti Secretarii sub infra scripta die productis; ad quæ &c., Nihilominus fuimus ex parte ejusdem Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Gaspari Turchi dictæ Rev. Cameræ Apostolicæ Commissarii Generalis requisiti, quatenus renovationem antedicti Præcepti, etiam contra dictam Communitatem, homines, & Habitatores Cortanzæ, concedere, ac renovare velle dignemur. Nos itaque attendentes petitionem à dicto Illustrissimo Domino Commissario Cameræ factam ad effectum tuendi jurisdictionem, ac supremum Dominium Sanctæ Sedis esse justam, & omni rationi consonam, renovationem praedicti Præcepti facien, & ut infra concedendam fore, & esse duximus, prout de praesenti concedimus, renovamus, & omnino servari mandamus per praesentes.

§. 2. Quo circa de mandato Sanctissimi Domini Nostri D. Clementis Divinâ providentiâ Papæ XI. vivæ vocis oraculo nobis desuper facto, & auctoritate nostri Camerariatus Officii inherentes, ut supra, narratis literis Apostolicis Sanctitatis Suae super dictis nullitate actorum, & censuris d. die 17. Maii 1707. publicatis, tenore praesentium, & in virtute sanctæ obedientiæ vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestram cuilibet in solidum, ac cui, seu quibus praesentes nostræ ostensæ, seu praesentatæ fuerint, committimus, & stricte præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, seu receptis praesentibus, & postquam praesentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ex parte nostrâ, immò veriùs Apostolicâ auctoritate, sub excommunicationis, & interdicti, ac aliis arbitrio Sanctitatis Suae poenis ipso facto, & ipso jure incurren. debeat, & quilibet vestrum debeat praedictos Communitatem, Homines, Incolas, & Habitatores d. loci Cortanzæ, ac ejusdem Communitatis publicos Representantes Ministros, & Officiales personam, si eorum personas commode habere poteritis, sin minus per affixionem praesentium nostrarum literarum ad valvas majoris Ecclesiæ dicti loci denuò, & prout etiam aliàs factum fuit, monuisse, & præcepisse, prout nos etiam in virtute sanctæ obedientiæ, & de Sanctitatis Suae ordine, & mandato Communitatem praedictam, ejusque Ministros d. loci Cortanzæ, Incolas, & alios in executione praesentium nominan. & cognominan. præcepimus, monemus, & interpellamus, ac præceptari, moneri, & interpellari mandamus, ne sub d. loci, illiusque membrorum, & pertinentiarum quorumcumque devolutionis, ac aliis poenis in corpore Juris, & usibus Feudorum, ac Constitutionibus Apostolicis contentis, & comminatis

audeant, seu præsumant, aut eorum aliquis audeat, seu præsumat prædictum Serenissimum Ducem Sabaudia, & Principem Pedemontis, illiusque Cameram Ducalem in prædicti loci Dominum directum, & supremum recognoscere, nec ullum actum recognitionis, & subjectionis agere minusque contributiones, & alia onera, & signanter supradictam taxam *del tasso* ipsis imponenda persolvere, seu persolvi facere, immò eandem Communitatem, ejusque Ministros, aliosque in executionem praesentium nominandos, monemus, ac eisdem sub jam dictis poenis modo praedicto præcipimus, & mandamus, ut dictum locum Cortanzæ, illiusque Incolas, Habitatores, ac bona omnia inibi existen. immunes, & immunita. liberos, & libera, ac omnibus exemptos, & exemptra pro Sanctâ Sede conservare, & conservari facere, & à gravaminibus forsan per dictum Serenissimum D. Ducem, illiusque D. Ministros super dicto Feudo, Habitatoribus, & bonis quomodolibet imponen. appellare, & reclamare, ac eisdem, & quibus opus fuerit, censuras contra turbantes Dominia Sanctæ Sedis infligat, & notificare, ac denique de nullitate, ac de omnibus præjudiciis Sanctæ Sedis Apostolicæ protestari, & super praemissis omnia, quæ necessaria fuerint, gener. & executioni demandare, ut Jura Sanctæ Sedis illa, intacta, & immunita penitus, & omnino emanent, non solum &c. sed & omni &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Camerâ Apostolicâ die 23. Maii 1716.

Jo. Baptista Spinula Card. Camer.

Dominicus Antonius Gallosius &c.

RENOVATIO

IX.

Consimilis Præcepti aliàs injuncti Communitati, & Hominibus Montaphiæ &c.

Jo: Baptista &c.

Omittitur narrativa, quæ eadem est, ac illa relatâ in supra enunciato Præcepto.

§. 1. **N**ovissime verò ad notitiam ejusdem Illustrissimi Domini Commissarii Cameræ devenisse etiam praedictam Communitatem Montaphiæ sub eodem alto Dominio Sanctæ Sedis, ut supra existen. ejusque Homines, & Habitatores iterum variis modis per dictum Serenissimum D. Ducem, ejusque Ministros, & Officiales gravari, & cogi ad solutionem taxæ nuncupat. *del tasso*, *subsidio*, & *dritto d'ortini* in summa librarum sex millium centum triginta duarum ad annum 1715. praesentæ, & ulterius, ut dicitur *di sacchi quarantaquattro, coppi quattro, e nove cucchiari s'umenti* pariter pro d. tempore praesentorum, demandando dicta de causa carcerationes Joannis Antonii Cartesi Chirorgi ejusdem loci, & Bartholomei Francisci Miglyni dicti loci Notarii sequutas in dicta Civitate Taurinen. sub diebus 27. Martii, & 9. Aprilis proximè præteritorum; Ac etiam similiter ad ejus notitiam devenisse annis retro elapsis coactè, & in præjudicium alti, & supremi Domini d. Sanctæ Sedis fuisse per dictam Communitatem Montaphiæ praesentatam quoddam memoriale, seu supplicem libellum eidem Serenissimo Domino Duci Sabaudia super compositione ex causâ praedictæ taxæ *del tasso*, aliorumque eorum nulliter, & indebitè, ac in præjudicium dicti alti, & supremi Domini Sanctæ Sedis, ut supra.

Narrantur variae vexationes, & molestiæ ab Officialibus Ducis Sabaudia illatae Communitati, & Hominibus Montaphiæ.

Novum Præceptum injunctum praefatis Communitati, ac Hominibus Cortanzæ, ne Ducem Sabaudia in supremum Dominum recognoscant, nec ipsi ullam taxam persolvant nunc in præjudicium Cameræ Apostolicæ.